



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

5. Causæ criminales grauiiores contra Episcopos à solo Papa cognoscantur, & terminentur; aliquando tamen causæ disquisitionem Metropolitanis committit, qui solam facti instructionem facient, & ad ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

et potestate Parochi, cap. 15. Ad huius præclari instituti maiorem observationem emanavit constitutio Pij V. incip. Ex debito pastoralis officij, sub die 6. Octobris 1572. quam refert Platæc. in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num. 19. & Ego ipse d. cap. 15. num. 8.

25. Absoluendum non esse illum, qui vel ob negligentiam, vel ob verecundiam Pater noster, Ave Maria, Credo, & decem præcepta addicere non curat, resoluit Ludon. Beia loco proxime citato, subdens quod postquam sic ignorans pro vitiis elaborat, ut hæc memorie tradat, & nec verbum unum retinere potest, dummodo tamen credat singulos articulos quando sibi proponuntur à ministris Ecclesiæ, & fiat de illis, ac de præceptis Decalogi respondere quando interrogatur, & de præceptis Deum, intendens saltem virtualiter ad ea, quæ in oratione Pater noster continentur, absolui tunc poterit; si enim articulum fidei, divinatorumque præceptorum, & orationis Dominicæ substantiam iudis intelligat, fatis est, etiam si verba non percipit, ut ex Lop. Emman. Sâ, & Valent. tradit Andr. Victorel. in notis ad Possesin. de officio Curati cap. 4. vers. si articulorum, & resoluunt Azor. institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 7. quæ. 5. Filliuc. in quæst. moral. tom. 2. tract. 22. cap. 2. num. 37. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 19. Bonacina de legib. di-

sp. 3. quæst. 6. punctio 2. num. 14. Sout. de fide, disput. 13. sect. 5. num. 8. Ego ipse d. cap. 15. num. 5. Trullench in expos. Decalogi lib. 1. cap. 1. dub. 4.

Ordinarium non posse multis, & pœnis, etiam in casu notabilis negligentia, aut contumacia, cogere pueros ad discendam doctrinam Christianam, etiam si hoc fieri noluerint in oppidis, villis, & alijs locis extra civitatem refert decimum Zerol. dict. verb. Doctrina Christiana §. 3. subdens Conc. in præsentibus, ibi, etiam per censuras ecclesiasticas compellens loqui de compulsione illorum, quorum interest eam docere, & non de compulsione puerorum, seu parentum ipsorum. Sed verum esse dicere his nostris temporibus (prout in Hispania usu receptum est) posse Præfulem censuris compellere subditos, ut doctrinam Christianam discant, & Parochos, ut eam doceant, aduertunt Perez ad l. 1. vers. alius etiam, tit. 1. lib. 1. ordin. pag. 19. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 88. num. 3. Campan. in diversis viri Canon. rub. 11. cap. 14. num. 8. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. p. 4. decis. 300. Ego ipse d. alleg. 76. num. 38. & me citato in illo loco Homobon. de Bonis de examine eccles. tract. 11. cap. 12. quæ. 27. resolut. 2. quæstionis. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 1. difficult. 4. num. 6. Filliucius in quæstion. moral. tract. 22. cap. 2. num. 54. Trullench in expos. Decalogi lib. 1. cap. 1. dub. 3. num. 22. in fine, & dub. A. num. 8. & 9.

Causæ criminales grauiores contra Episcopos à solo Papa cognoscantur, & terminentur; ali- quando tamen causæ disquisitionem Metropolitanis committit, qui solam facti instru- ctionem facient, & ad Sanctissimum mittent; minores criminales cognoscantur à solo Concilio Prouinciali.

C A P V T V.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Causæ graues, & grauiores quæ dicantur.
- 3 Causa hæresis in Episcopo referuatur Papæ.
- 4 Episcopi hæretici non possunt ab Inquisitoribus fidei puniri.
- 5 Papa solum potest deponere Episcopos.
- 6 Suffraganeus Episcopus titularis, qui obtinet digni-

tatem in Cathedrali, subest cum alijs Canonicis vi- sitationi sui Episcopi.

7 Causæ ciuiles, & criminales minores Episcoporum in Concil. tantum Prouinciali cognosci & termi- nari possunt.

8 Conc. Prouinciale non potest formare processum in causis criminalibus grauioribus contra Episcopos.

Causæ criminales ^a grauiores contra Episcopos, ^β etiam hæresis, quæ abfit, quæ depositio- ne, aut priuatione dignæ sunt, ^γ ab ipso tantum summo Romano Pontifice cognoscantur, & terminentur. Quod si eiusmodi causa, quæ necessariò extra Romanam Curiam sit committen- da: nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis à Beatissimo Papa eligendis. Hæc verò commissio & specialis sit, & manu ipsius Sanctissimi Pontificis signata, nec vnquam plus his tri- buat, quam vt solam facti instructionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Romanum Pontificem transmittant: ^b referuata eidem Sanctissimo sententia definitiua. Cætera aliàs sub sel. rec. Julio III. super his decreta, necnon & constitutio sub Innocentio III. in Concilio generali, quæ inci- pit, Qualiter & quando: quam sancta Synodus in præsentibus innouat, ab omnibus obseruetur. ^c Minores verò criminales causæ Episcoporum in Concilio tantum Prouinciali cognoscantur, & terminentur, vel à deputandis per Concilium Prouinciale.

^a Vide Cœc. Sardic. c. 3. c. ad abolendâ. & c. exco- m- nicamus. 9. damnati ve- ro. de hære- & c. quo iu- re. 8. dist. ^b Supra sess. 13. de refor. cap. 6. 7. & 8. exte de accus. c. 1. Lateran. cap. 8. & De- cretal. lib. 5. tit. 16. 14.

37. Vide Archieph. Bononien. par. 4. pag. 268. cum seqq. Nauar. conf. 1. in antiq. aliàs conf. 2. in nouis, de foro comp. Sayr. in floribus decis. sub illo tit. decis. 1. Henric. in sum. lib. 31. cap. 5. §. 2. Salzed. ad Bernard. in præf. c. 124. lit. A. Sbroz. de officio vicary lib. 2. quæst. 59. num. 1. & 2. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 10. num. 40. Stephan. Gratian. di- scipl. forens. cap. 169. num. 15. Vgolin. de officio Episcopi c. 2. §. 2. n. 2. vers. vnde dicitur, Galganet. de iure publico lib. 3. tit. 10. à n. 5. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapolit. p. 4. decis. 142. & in praxi rerum fori Eccles. p. 4. resolut. 490. cum seqq. Nouar. in singul. Canon. conclus. 90. nouissimè Stephan. VVeyms ad constitutiones 24. ex iure antiquo desumptas, & per Concil. Trident. innotatas, consil. 26. pag. 231. cum seqq. vbi dicit in- nouari e. qualiter & quando, de accusat. per decretum Cœ- cilij in præsentibus, & vnum ac alterum multipliciter decla- rat. Anguan. de legib. lib. 2. controu. 26. num. 20. metipsum de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 112. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 41. num. 5. vbi dicit hoc decretum intelligend- um esse de Episcopis reidentibus, qui etiam ex causa

atrocissima hæresis, aut læsæ maiestatis minimè citari possunt ad personaliter comparandum per quoscunque iudices ordinarios, vel delegatos, etiam S. R. E. Cardina- les, nisi expressa ac speciali commissione manu Papæ signata, quod etiam tradit Erasim. à Cochier de iurisdic- tion. in exemptos part. 1. quæst. 41.

^a Grauiores.] Quæ autem dicantur causæ graues, & grauiores, vide Læli. Jordan. in tract. de Episcoporum causis maioribus, & rerum capitalium ad Papam deferendis cap. 1. & 2. Menoch. de arbit. casu 166.

^β Etiam hæresis.] Causam hæresis in Episcopo referuati Papæ per hunc text. tenent Penia in direct. Inquisitor. p. 3. commento 77. F. Emman. q. regul. tom. 2. q. 81. art. 1. vers. ad- uertendum tamen. Et procedere, quamuis Episcopus sit titularis, obseruant Molin. de iustit. tract. 5. disp. 28. nu. 19. & Illustrif. D. meus Roderic. à Cunha de confessoribus solici- tantibus mulieres in Confessione q. 1. 2. n. 7. princ. Ioan. Sanci. in select. disput. 28. num. 19. Trullench in Decalog. lib. 1. c. 3. dub. 18. num. 78.

Episcopos